

DISSERTATIO
DE
RICINO

THUNBERG





Smithsonian Libraries

Adopted for Conservation by

Kathy and Keith Boi

December 29, 2016





35
279
C. 123
1845
D. T.

DISSERTATIO

DE

R I C I N O

QUAM

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. P. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,

MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB.
HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM.
AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. SCIENT. UPS. ET OECON. PHILAD. PATR.
HOLM. ET CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS.
HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENKENS. LUND. HARLEM. AM-
STELD. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS.
LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MÜNCHEN.
ERLANG. WETTER. NANCIENS. MED. PARIS. EMUL. MONSPEL. MED.
MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO-
CHIR. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MON-
SPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET
BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

P. P.

MAG. F. J. LÖNEGREN.

SMÖLANDUS.


IN AUDIT. BOTANICO D. XIII. JUNII MDCCCXV.

H. S.

UPSALIÆ

EXCUDEBANT ZEIPPEL ET PALMBLAD.

REG. ACAD. TYPOGR.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

SB
299
C3
753
1815
SCHHRB

~~583.981~~
~~153~~

DE RICINO.

§. 1.

In non paucis variare deprehenduntur Genera ex Ordine Naturali *Tricocarum* plantarum varia, imprimis *Acalyphae*, *Crotonis*, *Ricini* et *Jatrophae*; sic ut omnium difficile sit, hæc ipsa rite ab invicem distinguere. Dielina quidem pleraque sunt; sed diversimode Sexus tamen in diversis Speciebus variare solet, floribus scilicet Monoicis et dioicis. In Monoicis situs non semper idem in eodem ramo vel pedunculo. Non numquam Calyx et ipsa quoque Corolla variat, vel omnino deficit. Flores masculi *Crotonis* corolla instructi sunt; feminei vero illa destituuntur. Neque Stigmatum et Capsulæ exterior fabrica semper eadem, sed, licet rarius, variabilis. Stamina coalitis filamentis sæpissime numerosa, et Capsula, tricocca maxime constantia videntur.

§. 2.

Optimi Characteres, quibus a Congeneribus dignoscitur *Ricinus*, sunt sequentes:

Flores sunt et *Monoici* et *Dioici*.

♂ *Perianthium* monophyllum quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis.

Corolla nulla.

Stam. Filamenta numerosa, filiformia, inferne ramoso-coalita in varia corpora.

♀ *Peri-*

♀ *Perianthium* monophyllum, tripartitum, deciduum: laciniis, ovatis, concavis.

Corolla nulla.

Pist. *Germen* ovatum, tectum aculeis subulatis.

Styli tres, bipartiti, erecti, hispidi.

Stigmata simplicia vel bifida.

Peric. *Capsula* subrotunda, trifurca, sæpius aculeata, rarius laevis, trivalvis, trilocularis.

Semina solitaria, subovata.

Foliatio sæpius peltata, lobata.

Distinguitur a *Jatropha* et *Crotone* imprimis floribus incompletis.

§. 3.

Specierum Characteres.

* foliis indivisis.

† foliis petiolatis.

1. *globosus*: foliis ovatis obtusis integris.
2. *chinensis*: foliis ovatis, acuminatis, dentatis, subtus tomentosis.
3. *japonicus*: foliis ovatis, acuminatis, indivisis trilobisque.
4. *integrifolius*: foliis ovatis, acuminatis integris, glabris.
5. *dioicus*: foliis cordatis acuminatis integris.
6. *angulatus*: foliis angulatis trilobisque dentatis glabris.

† † foliis peltatis:

7. *tanarius*: foliis peltatis, ovatis, acuminatis, repandodentatis.
8. *Mappa*: foliis peltatis, ovatis, acuminatis subtus tomentosis; caule glabro.

9. *tomen-*

9. *tomentosus*: foliis peltatis, acuminatis, subtrilobis, tomentosis; caule tomentoso.

* * foliis palmatis, peltatis:

10. *trilobus*: foliis peltatis trilobis denticulatis.

11. *communis*: foliis peltatis palmatis; lobis lanceolatis ferratis; caule herbaceo pruinoso; stigmatibus tribus apice bifidis.

12. *viridis*: foliis peltatis palmatis; lobis oblongis dentatis, intermedio obsolete trilobo; caule herbaceo pruinoso; stigmatibus sex simplicibus.

13. *Africanus*: foliis peltatis palmatis; lobis oblongis, ferratis; caule fruticoso laevi; stigmatibus sex.

14. *lividus*: foliis peltatis palmatis; lobis oblongis, ferrato-dentatis; caule fruticoso laevi colorato; stigmatibus sex.

15. *inermis*: foliis peltatis palmatis; lobis oblongis ferratis; caule fruticoso pruinoso; stigmatibus tribus bifidis.

16. *speciosus*: foliis peltatis digitato-palmatis; lobis ellipticis ferratis.

§. 4.

Descriptio Specierum novarum et minus cognitatarum.

R. chinensis. Rami sulcati, albo-tomentosi.

Folia petiolata, ovata, acuminata, denticulata, supra glabra, subrus niveo-tomentosa.

Petioli folio paulo breviores, erecti, niveo-tomentosi.

Flores spicati.

Spicae

Spicæ terminales, erectæ, totæ niveo-tomentosæ, digitales.

Styli tres *capsula* echinata.

R. *Angulatus*. *Rami* cinerei.

Folia ovato-rotundata, subangulata trilobaque, dentata dentibus remotis, utrinque glabra palmaria.

Petioli cinereo-tomentosi, pollicares et ultra.

Flores racemosi, cinereo-tomentosi.

Facies Crotonis.

R. *tanarius*. Tota herba glabra.

Radix fibrosa.

Caulis herbaceus, erectus.

Folia peltata, ovata, acuminata, repando-dentata, supra viridia, subtus pallida, palmaria.

Petioli alterni, longitudine folii.

R. *Mappa*. *Caulis* erectus, glaber.

Folia peltata, ovata, acuminata, subdenticulata, inæqualia; adultiora spithamæa, supra glabra, subtus tomentosa; juniora vix palmaria, utrinque valde tomentosa, crassiuscula.

Petioli alterni, teretes, folio breviores.

Pedunculi compressi, longitudine petiolorum.

Flores racemosi.

Capsula echinata.

R. *tomentosus*. *Folia* peltata, lato-ovata, acuminata, angulato-subtriloba, inæqualia, supra glabra nervis hirtis, subtus valde tomentosa et nervis reticulata; pollicaria usque spithamæa vel ultra.

Petioli tomentosi, foliis duplo breviores.

Flores racemoso-glomerati, calycibus tomentosis.

Pedunculi subangulati, tomentosi, petiolis longiores.

R. *trilobus*. *Caulis* fruticosus, erectus, glaber.

Folia peltata, lato-ovata, triloba, denticulata, utrinque glabra, palmaria, usque spithamæa.

Lobi

Lobi ovati, acuminati.
Capsulæ inerimes.

§. 5.

S y n o n y m a.

In *Wildenowii Speciebus Plantar. Tom. IV. P. I*
citantur communis et viridis p. 564.

Africanus, lividus et inermis p. 565.

speciosus, tanarius, dioicus p. 566.

globosus et integrifolius p. 567.

In *Linnæi Speciebus Plantarum Ed. XIV. occurrit*
Mapa p. 1430. item apud Rumphium in Herbar. Am-
boinensi Tom. 3. p. 172. tab. 108. atque in Wildenowii
Specieb. supra citatis p. 526. sub Acalyphæ genere et
nomine triviali mappa.

Ricinus tanarius ab incolis *Ceilonæ* dicitur: *Kian-*
degas.

japonicus in flora *Cel. Præsidis* descriptus fuit sub
 titulo *Crotonis japonici* et citatur a *Wildenowio*
 in *Spec. Pl. p. 555.*

chinensis, tomentosus et trilobus species sunt, antea
Botanicis ignotæ, nec, quantum nobis constat,
ullibi commemoratæ.

§. 6.

L o c u s.

Omnes crescunt in Zonis calidioribus, ut in Indiis
Orientalibus ut communis pluribus in locis.

Viridis, inermis, speciosus in *Java;*

tanarius in *Ternatis, Moluccis, Ceilona;*

Mapa

Mappa in Java, Amboina, Ceilona;
trilobus in Ceilona;
tomentosus in Java;
 in Africa boreali *africanus*.
 in Capite bonæ spei *lividus*.
 in Montibus Jamaicæ *globosus*.
 in Insula Tanna *dioicus*.
 in Insula Mauritiæ *integrifolius*.
 in China *chinensis*.
 in Insulis Japonicis *japonicus*.
 in Coromandelia *angulatus*.

De Oleo Ricini ejusque Ufu Medico.

Probabile quidem est, plures esse, quæ remediij usum haberent, Ricini species; quantum autem cognovimus, nulla præter *Ricinum communem* adhuc fuit in hunc finem recepta.

Folia externo usui variis modis et ad varios morbos depellendos, ut dolores arthriticos, ophthalmias, affectiones erysipelaceas, scabiem, herpetem, cet. adhibeant, qui loca, ubi indigena est hæc planta, incolunt. Videfis Apparat. Medicamin. 7o. And. Murray. Vol. IV. p. 200. — K. Vetensk. Acad. Nya Hdlr T. VII. p. 238.

Radix quoque in usum adhibita ut efficax censetur diureticum. Murray l. c.

Semina (Cataputiæ majoris, Pharm.) tamen sunt potissimum, quæ olei causa, quod in illis continetur, R. communi in Pharmacopæis nostris recentioribus locum asseruerunt. In Preussische Pharmacopöe. Dritte verbess. Ausg. Aus d. latein. Urschrift übersetzt Berlin 1813. extat *Ricinus undulatus*.

Anti-

Antiquiores rei Medicamentariæ Scriptores, ut *Geoffroy, v. Linné, Craniz, Rudolph Aug. Vogel*, cett., hoc oleum vehementer purgans et anceps censuerunt. Recentiores autem, exceptis nonnullis, a), qui aut huic opinioni assentiunt, aut qui aliis, ejus loco adhibitis, pingveolis æquam vim tribuunt, id ut remedium purgans valde efficax et tutum proponunt b). Ejusmodi dissensus frequenter apud eos occurrit, qui de viribus medicamentorum scripserunt. Atqui causam ejus sæpissime, aut in eo, quod morbus, cui usus remedii infervisse dicitur, perperam fuit cognitus, aut in singulari reinedii natura latere, facili potest negotio deprehendi. Hæc posterior esse causa videtur, unde sit discrepantia opinionum profecta. Inter omnes, qui de Oleo Ricini scripserunt, convenit: Acre illud Semen Ricini in testa potissimum latere, nucleum esse innocuum, recentem forsitan urendo fauces leviter afficere. *Murray* d. c. p. 203. Celeberrimo autem *Deyeux* embryonem
in

-
- a) Handbuch der praktischen Arzneymittellehre &c. v. Ernst Horn. Berlin 1805, p. 675. — Taschenbuch der Arzneymittellehre &c. v. C. W. Consbruch. Leipz. 1810. p. 317. — Handbuch der Pharmacologie, &c. v. Fr. Alb. C. Gren. Halle 1813. p. 347. Cfr. C. Bernhard Fleisch Kritische Bemerkungen &c. in Martens Paradoxien. 3:ter Bd. 1:ter Hft. p. 180.
- b) Mat. Medica &c. Petr. Joh. Bergius Tom II. Stockholmæ 1778. p. 773. — Versuch einer theoretisch-practischen Darstellung der Wirkungen der Arzneyen von Fredr. Kretschmar. 2:ter Theil. Halle 1800. p. 366. — Archiv der praktischen Heilkunde für Schlesien und Südprensen. Herausgegeben von Dr. Zadig und Dr. Friesse. IV. B. 1:tes St. Art. VI. — Anleitung zum Zweckmäßigen Gebrauche der Arzneymittel, &c. v. D. Aug. Fr. Hecker. Berlin 1806. p. 188. — Practische Erfahrungen &c. v. J. G. Ober- teuffer in: Journal der practischen Arzneykunde &c. von C. W. Hufeland 9:ter B. 3:tes St. p. 116. — C. W. Hufeland. l. cit.

in nucleo, id tantum esse videtur, quod acre contineat, unde hic, ab utroque lobo sejunctus, si abjicitur, oleum ex iis mitè ac saporì gratum obtinetur. *Journal de Médecine, Chirurgie, Pharmacie &c Mars 1806.* — *Hufeland l. c. 24ter B artes St. p. 178.* Facile autem apparet embryonis sejunctionem, si vel semper fieri potest, tanto, quod requireret, temporis et exactæ operæ dispendio nimiam sic olei comparati caritatem adferre. Unum igitur, quod in quantitate majori forsitan succederet et aliquid momenti habere æstimetur, si quidem oleo testa id acre revera tribuit, quod tam noxium Auctores ducunt, hoc esset opus, ut nuclei antea decorticati fuerint, quam vel coquendo vel premendo (hunc modum etsi minus tentatum, *Ph. Sv. præscribit*) oleum ex illis educeretur. Horum uterque præparandi modus apud Auctores jam laudatus, jam vituperatus, si cum judicio et exacte servatur, oleum, sine dubio usui idoneum, tamen testa etiam non sejuncta (acre utpote, quod illa continet, difficulter solubile) præbent. — Quem vero colorem, saporem et quasnam ceteras habeat, ut bonum vel genuinum sit, qualitates, discrepant sententiæ. Secundum *Deyeux et Consbruch, l. citt.,* genuinum esse oportet clarum ac pellucidum; secundum *Murray, Bergium l. citt., Schreger c)* et *Ebermaier d)* opacum, album vel subflavum. Inter omnes convenit, mitè adeo esse oportere, ut odore ac sapore ferme careat; *Ebermaier* et *Bergius* contendunt illud frigore, quin imo secundum *Schreger,* vel fortissimo non congelari; *Murray* autem congelari illud

c) Tabellarische Charakteristik der ichten und unächten Arzneikörper. Fürth, 1804. p. 88.

d) Tabellarische Uebersicht der Kennzeichen, der Ächtheit und Güte der sammtl. Arzneimittel. Leipz. 1804. p. 68.

illud frigore et *Jahn* id nec seigniter fieri addit e). Tolluntur hæc aliæque plures de hujus olei proprietatibus, ut primo videntur, contradictiones, si diversi quibus apparatus, modi, plus minusve tunc adhibiti caloris, dissimilitudo varietatum, unde sensina fuerunt collecta, utrum recentia, an diu conservata, sitne oleum recens præparatum, an jam veteratum &c. spectantur. Quod in communi mercatura versatur, in India occident. est confectum f) et in pharmacopoliis ut crassum, tenax, speciem præ se ferens recens ex favo expressi, clari, liquidi mellis, obvenit; deglutitum levem in faucibus tanquam ex sinapi excitat ardorem. Propter hanc acrimoniam, quam noxiam adeo putant, Deyeux et Consbruch, aqua illud coquere, usque dum acre evanescat, svaðent. Quo autem perdatne multum de vi sua, ut *De Machy g)* videtur, nec ne, fatiis non est experientia probatum. Etjam quod ad solubilitatem ejus in spiritu vini pertinet, ulterioribus, antequam de hoc recte constat, argumentis opus adhuc esse videtur. Qui *Jenaische allgem. Litt. Zeit.* 1807. N:o 156 recensuit: *Pharmacopoea Borussica oder Preussf. Pharmac. Aus d. Latein. Ueberf. &c. von Dr. C. W. Juch.* Nürnberg 1805, eum esse genuini Olei characterem, quod in spiritu Vini rectificatissimo in totum solvatur, contendit; *Joh. Beckmann* in *Anleitung zur Technologie &c. 6:te verbess. Ausgabe.* Göttingen 1809, de oleis generatim dicit, ea non nisi subrancida posse qua partem in spiritu vini solvi, atque tandem in *Pharm. Boruss. Edit. III. supra citata de Oleo Ricini, dicitur, id magnam*

e) Auswahl der wirksamsten &c. Arzneymittel oder praktische Materia Medica &c. 2:ter B. Neue Aufl. Erfurt 1807. p. 793.

f) Läkaren och Naturforskaren. IX. B. p. 304.

g) Murray l. c. 209.

magnam esse partem in Spiritu Vini rectificatissimo solubile.

Quod vero ad usum hujus Olei therapeuticum atinet, latissime illum patere facile perspicitur, quoniam præter ceteras vires, quæ ei cum plurimis pingueolis sunt communes, alvum, vel ad minorem portionem haustum, moveat ^{h)} et hoc absque torminibus (*Murray* et *Friese* l. citt.), ex narcotica forsitan vi, quam *Friese* et *Hufeland* ⁱ⁾ ei sese dicunt non posse derogare; atque proprium aliquid et præ reliquis oleis insigne, illud habere, extra omnem dubitationem positum videtur, experientia enim constat, ubi hæc inutilia fuerint, illud cum successu fuisse adhibitum, ut in omni genere obstructionum alvi, Colicarum, in Ileo, etiamque in aliis morbis cum spasmo ac dolore conjunctis, ubi adeo fuit irritabilis tubus intestinalis, ut ne mitissimum quidem oleum amygdalarum posset tolerari, quod interdum in Dysenteriis, venenosis vel corrosivi medicaminis usu, accidit & s. p. Adversus Tetanum & vermes non plus illud valere, quam alia olea unguinosa credibile quidem est.

Dosis adulto conveniens uncia dimidia usque ad totam esse solet singulis horis vel altera quaque, dum effectus prodit, repetenda. Pro vehiculo calidum jusculum carneum optimum habitum est. Mox inde aroma quoddam manducatur ad nauseam & vomitum evitandum. Copiosius hæc omnia a *Murray*, *Fahn*, *Hufeland*, *Friese* &c. l. citt. tradita invenies.

^{h)} Handbuch d. inn; u. äuss. Heilkunde. 2 B. 2 Theil. Herausg. v. Dr. H. G. Spiering. Leipz. 1802. p. 373.

ⁱ⁾ L. c. IX B. 3 St. p. 117.





